



**T**Osto obscuro Cymbrici Cheronesi (que po-  
stea Iutia dicta est) loco ortus, sua ferocitate  
clarus emerit. Is primò incolas patrię suę bello ag-  
gressus, sibi subiecit, & in sua uerba iurare coegit.  
Erat eo tempore, Anno mundi 2980, aut paulo an-  
tè Syfridus Saxonū rex, ad cuius ditionē Iutia per-  
tinebat. Itaq; laborantibus socijs succurrit, atque  
tandem fortitudine Tostonis motus, cū eo pacem  
inijt. In ea expressum erat, ut cōiunctis uiribus Ha-  
dingum Danorū regem bello peterent. Itaq; colle-  
ctis copijs, Hadingū prælio superant, atq; ad altū  
mare fugere cogunt. Verùm postea Tostonē secu-  
rum & spoliōrū reliquijs auidius incubantem Ha-

dingus adortus, prædā deserere coëgit, & in fugā coniecit. Postea Tosto Pyra-  
ticā exercuit, atq; eo uitæ genere magnas opes & autoritatē sibi comparauit.  
Tandē etiā ipsum Hadingū ad singulare certamen puocauit. In eo magna uir-  
tute uterq; decertauit. Nolebant enim prisce fortitudinis duces uniuersorum  
discrimine exequi, quod paucorum sorte peragi potuisset. Verùm Hadingus  
superior fuit, & Tostonem prostrauit. Sax, Gram, lib. 1.